

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XL.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122

moni, Danieli. & apud Ethnicos Soloni, Thaleti, Platoni, Aristoteli, Ciceroni peperit. Nil non mortale tenemus Pectoris exceptis ingenijq; bonis.

Caput XL.

HABEO adhuc plura, quæ dicam. Nam sum instar luna plena, Obedite mihi, filij sancti, & crescite sicut rosa plantata ad riuulos aquarum, & spargite odorem suauem instar thuris. Florescite sicut lilia, ut fragrantia detis odoris. Magnifice cantate & laudate Dominum, in omnibus operibus suis celebrate eius nomen iubilo, laudate, gratias agite, cantando & tinniendo, dicentes: Omnia opera Domini sunt valde bona, & quicquid ipse mandat, hoc fit suo tempore & momento. Non est ut quisquam dicat: Ad quid istud? Nam suo tempore veniunt, omniaq; optata excellunt. Sicut & illius mandato aque instar muri stabant, & verbo eius stabant torrentes, quasi inclusi tenerentur. Nam quicquid ipse suo mandato efficit, hoc iucundum est valde, & cum ipse auxiliatur, non est ut conqueri possis deesse aliquid. Omnia opera hominum coram ipso, & coram oculis eius nihil est absconditum. Ipse omnia videt ab initio mundi usq; ad finem, & coram ipso nihil est noui. Non est, ut dicas: Ad quid prodest hoc? Nam singula creauit, ut aliquis sit usus illorum. Benedictio eius errans fluit instar torrentis, & terram potat instar diluuij. Econtra, Ira eius ferit gentes, non aliter atq; terram fluijs irriguam exarescere sinat. Opera eius apud sanctos iusta sunt, sed impij his offenduntur. Omne quod ab initio creatum est, bonum est pijs, impijs vero noxium. Homini ad usum vite necessaria sunt, aqua, ignis, ferrum, sal, farina, mel, lac, vinum, oleum, vestes. Hac omnia pijs cedunt in bonum, impijs vero ad damnum. Ventorum etiam aliqui creati sunt ad nocendum, ad ultionem, & suo impetu damnum dant. Et quando impendet calamitas, tum tumultuantur & terras turbine perflant, & iram exequuntur eius, qui creauit eos. Ignis, grando, fames, mors, hæc omnia ad ultionem creata sunt. Bestie, scorpiones, serpentes,

Chyft
 pentes, gladius, sunt etiam creata ad ultionem, ad perdendos
 impios. Quasi gaudentes gnauiter perficiunt mandatum eius
 & prompti sunt, si quando Deus opera eorum vi vult super
 terram. Et cum venerit horula illa, non desinunt. Hoc
 est quod institui scribere. Nimirum, quod omnia opera Dei
 bona sunt, & quodlibet suo tempore utile est, vt non possit quis-
 quam dicere: Non omnia bona sunt. Nam singula suo
 tempore preciosissima sunt. Ideo laudandum est nomen Do-
 mini, & agenda gratia, corde & ore.

Admodum erummosa, & misera vita est hominum, inde
 ab utero matris, donec sepeliantur in terra, qua mater est om-
 nium. Ibi perpetua est sollicitudo, cura, spes, metus, tandem
 mors, cum apud florentes honoribus, tum etiam apud vilissi-
 mos homines super terram, cum apud eos, qui diademate & pur-
 pura sunt insigniti, tum & apud induos veste vilissima. Ibi
 perpetua sunt ira, amulationes, contentiones, rixa, pericula mor-
 tis, inuidia & disidia, & cum quis noctu in lecto suo quiescere
 & dormire cogitat, varia exercent eum cogitationes. Ut ma-
 xime consopiat nonnihil, tamen frustra est. Nam exter-
 retur somnijs suis, quasi videat hostes aduenientes. Et cum ex-
 pergiscitur, videtq; se in tuto esse, affectus est quasi liberatus
 ab hostibus in fuga, & mirè letatur, timorem hunc inanem fu-
 isse. Hoc quidem accidit omni carni, hominibus, & iumen-
 tis, sed impijs septuplo magis. Mors, sanguis, rixa, gladius,
 calamitas, fames, perditio & afflictiones. Hac omnia ordinata
 sunt contra impios. Nam & diluuium propter ipsos venit.

GRATIARVM ACTIO & confessio de PROVIDENTIA DEI
 Gagnoscens verè esse Deum, sapientem, bonum, omnipotentem, iu-
 stum & vindicem, fontem omnis boni: qui res omnes ad certos fines & vsus
 pijs salutes condiderit & conseruet, & omnia omnium hominum pecto-
 ra, dicta & facta videat: & omnia quæ hominibus eueniunt bona & mala,
 non temerè aut iniquè ferri sinat, sed sapientissime & iustissime gubernet:
 vt pijs omnia in bonum & salutem cedant. Impios vero pœnis presentibus
 & æternis obruat. Hæc qualiscunq; descriptio est providentiæ Dei: cuius
 celebratio, quam Syracides hoc in loco instituit, affirmans omnia opera
 Dei bona esse, congruit cum vsitato Psalmi versiculo: Confitemini Domi-
 no quoniam bonus. Et Genes. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant
 valde bona: Ex quo dicto erudita boni creati definitio sumi potest, quod
 sit res à Deo condita & Deo placens, & ordinata ad certos vsus seu fines,
 quos

quos Deus approbat. Pueri etiam Platonis dictum meminerint *πολι-
ταιν β. Κακῶν δὲ αἰτίων Φάσαι θεῶν τινι γίνεσθαι ἀγαθῶν ὄντα, διαμαχητέον πᾶσι τῶν-
τα, μήτε τινα ταῦτα λέγειν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει, εἰ μέλλει εὐνομήσεισθαι, μήτε τινα ἀκέραια,
μήτε νεότερον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε ἐν μέτρῳ, μήτε ἀπὸ μέτρου μυθολογᾶντα, ὡς εἴθ'
ἴσται αἱ λεγόμενα εἰ λέγοιτο, ἔτε ἕμφροσά ἡμῖν, ἔτε σύμφωνα αὐτὰ αὐτοῖς.* Omni con-
tentione pugnandum est, ne quis in ciuitate quam bene regi volumus, vel
dicat, vel audiat, seu senex, seu iuuenis, seu in poemate, seu in alia narrati-
one, Deum causam alicui esse malorum. Quod neq; sanctè ita dici potest,
neq; vile est ciuitati, nec secum consentit in explicatione.

Admodum erumposa, & misera vita est hominum, inde ab utero maris.

DE MISERIS VITÆ HUMANÆ & tristissimis calamitatibus &
erumnis omnium hominum concionatur: Quas cum intuemur, simul etiam
de causa illarum, videlicet peccato, & de liberatore filio Dei cogitemus:
& consideratione ingentis imbecillitatis & fragilitatis omnium rerum hu-
manarum, flectamus animos nostros ad modestiam & timorem Dei. Et sci-
amus præstantem hanc hominum naturam, radijs sapientiæ & iustitiæ diui-
næ illustratam, & sanguine filij Dei redemptam, non ad tristem hanc præ-
sentis vitæ carnificinam, nec ad perpetuas miseras conditam esse, sed ali-
am meliorem vitam & portum æternæ & beatæ cum Deo consuetudinis
restare. Meminerint etiam iuniores insignia dicta, quæ humanæ naturæ fra-
gilitatem & miseriam describunt. Psal. 103. Homo sicut fœnum, dies eius
tanquam flos agri sic efflorebunt. Heu mihi, mortales quid sunt? quid vita
caduca? Occidua mortis nil nisi principium.

*χρῆς, σκιά, φάσμα, δρόσος,
πνέμα, πνεῦμα, ἀτμός, ὄναρ, ὄϊσμα, ῥόσος, νηὶς ἰχθυον, αὔρα, πνεῦμα.* Ros, vapor, ymbra,
tanor, puluis, nix, somnia, fumi, Spectrum, pluma, ratis transitus, aura, ci-
nis. Plinius lib. 7. Incertum ac fragile nimirum est hoc munus naturæ, quic-
quid datur nobis: malignum vero & breue etiam in ijs, quibus largissime
contingit, vniuersum utiq; aut tempus intuentibus. Quid, quod æstimatione
nocturnæ quietis, dimidio quisq; spatio vitæ suæ viuūt: pars æqua morti
similis exigitur, aut pœnæ, nisi contingit quies. Nec reputantur infantie
anni qui sensu carent, non senectæ in pœnam viuacis. Tot periculorum ge-
nera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties inuocata morte, ut nullum fre-
quentius sit votum. Natura vero nihil hominibus breuitate vitæ præstitit
melius. Hebescunt sensus, membra torpent, præmoritur visus, auditus, inces-
sus, dentes etiam ac ciborum instrumenta, & tamen vitæ hoc tempus annu-
meratur. Euripides in Oreste: *οὐκ ἔστιν εἶδεν δεῖν ὡδ' εἰπεῖν ἐπὶ, εἶδεν παῖδ', εἶδεν
ἕμφροσά τελεῖται, ἢς οὐκ αἰ ἀραυτ' ἀχθῶν αἰθερώπε φύσις.* Cicero Tuscul. 4. Non
sine causa, cum Orestem fabulam doceret Euripides, primos tres versus re-
uocasse dicitur Socrates: Neq; tam terribilis vlla fandi ratio est Neq; fors,
neq; ira cœlitum inuectū malum, Quod non natura humana patiendo ferat.

Caput XL I.

MNE quod ex terra est, rursus in terram redit, Impij peri-
buat.
O quemadmodum & omnia flumina in mare reslu-
unt.

Omnia corruptela munerum, & opes malè
parta

ggg 4

parta